



Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Opinio Scoti. cap. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

Et Patres non dicunt, hominem fuisse consequutum veniam, quia peccauerit à carne attractus: sed differentiam inter Angelum & hominem in hoc constituant, quod Angelus cum esset absque indumento carnis, maiorem haberet perspicacitatem, ne peccaret: homo autem, licet non fuerit à carne allectus, & absque incentivo illius peccauerit, quia tamen spiritus ipsius indumento carnis gratia contextus, non erat tam perspicax, ut peccatum vitaret: ob hanc igitur imbecillitatem misericordiam consequutus à Deo est.

Secunda ratio sit. Quia angelus nullo suggerente peccavit: homo autem etiam in paradiso suasionem dæmonis deceptus est. Hæc ratio tribuitur Cassiano: sed tenera eam non tradidit. Est autem Gregor. lib. 4. moral. cap. 10. aliis 9. & Prosper in lib. cui titulus est. Dimidium temporis, cap. 2. & Alexand. 2. par. quest. 99. memb. 7. eam tamen impugnauit S. Thom. in hoc artic. ad 4. & Bonaventura loco allegato: quia quamuis Angelus supremus non peccauerit alio suggerente, ceteri tamen suasionem, & exemplo supremi ceciderunt. Verum hoc non adeo certum esse, supra notauimus disput. 238. capit. 2.

Tertia ratio est, quia in Angelis non est lapsa tota natura, sed pars illius: in homine vero tota natura lapsa est. Hac ratione usus est Augustinus in Enchiridio capit. 29: & sequitur Ricard. loco allegato. Magist. in 2. dist. 21. c. penult. & Alexand. 2. p. 4. 99. memb. 7. huic tamen rationi videtur ob stare, quod non solum Adamus, in quo totum genus humanum peccauit, inuenit locum penitentiae, sed etiam singuli homines, qui postea peccarunt. Hæc tamen obiectio non est magni momenti: quia concessio semel penitentiae remedio Adamo, concedi etiam debuit toti posteritati, cum omnes essent ex eodem genere.

Quarta ratio, quam sequutus est Ricard. loco citato, est huiusmodi, quia angelus corruit toto conatu à felicissimo statu, in quo conditus fuerat, ideo non est consequutus misericordiam. Quam etiam indicauit Cassianus collatione illa 4. cap. 3. his verbis. Quia sicut est animas velox ad excoitandum sic ad proficiendum pernix, & absoluta substantia: & dum suppedinat eis summa facilitas ea, quæ voluerunt, peragendi, conceptum malum nulla intercedens deliberatio subtilis aris emendat. Eadem ratione usus videtur Durand. in 2. dist. 7. q. 1. num. 12. & Aristod. 2. summe tractatu 2. c. 6. inquit enim, ideo Angelo non fuisse concessum locum, & spatium penitentiae: quia antea, quam peccaret, habebat intellectum (inquint illi) Dei formem, hoc est, potentem cogitare sine ulla mora. Cum vero inquit Ricardus, Angelum toto conatu peccasse: non intellegit ita peccasse, ut non potuisset intensius peccare: hoc enim incertum est: præsertim si potentia rationalis non habet terminum intrinsecum operandi secundum intentionem. Ad hanc quoque rationem ego reducem, eam quam 2. capite memorauimus. Neque enim authores illi, præsertim Sanctus Thomas, tantam perspicacitatem voluerunt angelo concedere, ut nunquam posset iudicare contrarium post electionem, & priorem retrahere sententiam, & voluntatem mutare: sed quod Angelus, propter summam velocitatem, & perspicacitatem in operando, tali promptitudine ut plurimum operetur, ut vix corrigatur. Et ideo seruans Deus proportionem debitam cum sua natura, & attendens cau-

ARTIC. II.

sas omnes memoratas lapsus ipsius, si penitentiam non concesserit, sed congrue satis negauerit.

Quinta ratio assignatur ab autore de mirabilibus Sacra Scriptura apud August. lib. 1. c. 2. quam sequitur Bonaventura loco citato: quia Angelus creatus fuit summo honoris ordine, quem in via habere posset: & tantum per contemplationem sui creatoris confirmandus erat: ideo inde lapsus non fuit reuocatus per penitentiam: homo vero in terra positus, destinatus generationi, ut inde ad meliorem vitam sine morte transiret, in statu magis remoto à beatitudine, quam Angelus, constitutus est: & ideo maius spatium concessum est homini, quam angelo: & penitentia, quam homo ex misericordia Dei consequutus est, Angelo non fuit concessa. Certè in his omnibus rationibus non mediocre discrimen apparet, propter quod satis congrue Deus homines ad penitentiam receperit, Angelos vero statim damnauerit.

DISPV. CCXL.

Quo pacto Deus suam gratiam iustificationis dæmonibus perpetuo denegat, ne conuertantur?

Opinio Scoti, capit. 1.

Due alie Scholasticorum sententia, cap. 2.

Vera opinio, cap. 3.

CAPVT I.

Opinio Scoti.

PRæcipuam causam, ob quam dæmon non potest ad Deum per penitentiam conuerti, diximus esse pernam priuationem diuine gratiæ. Cæterum inter Doctores, qui oblationem dæmonum, hoc est, impotentiam penitendi ad hanc solum priuationem, ut ad causam referunt, adducunt in controuersia positum est, quo pacto per subtractionem gratiæ Dei dæmon reddatur impotens, ut ad cor redeat, & gratiam remissionis peccatorum Deo consequatur? Scotus in repositum 2. dist. 7. q. 3. art. 2. qui respondet quæstioni secundæ, duo docet. Alterum est, angelum non posse operari opus aliquod meritorium, nec habere contritionem meritoriam: quia gratia habitualis quæ ad meritum necessaria est, perpetuo caret. Alterum est, hanc gratiam habitualement dæmonibus nunquam donandam esse: quia nunquam habituri sunt debitam dispositionem. Quomodo autem angeli debitam dispositionem nunquam habituri sint, explicat iuxta suam doctrinam, quam expresse tradidit in 4. distinctione 14. quest. 2. §. De secundo. Ibi autem inquit primum, cum solo naturali & generali concursu, absque illo dono gratiæ distincto à dono creationis, posse hominem, ac proinde etiam angelum, penitere peccatorum suorum, etiam quatenus sunt offensa Dei: quem dolorem ipse Scotus non appellat contritionem, sed attritionem toto tempore, quo contritionem post aduentum gratiæ habitualis eum appellat Scotus contritionem. Docet præterea Scotus talem dolorem ex viribus solius naturæ deoptatum ita esse dispositionem ad iustificationem ut de congruo mereatur remissionem peccatorum per infusionem gratiæ habitualis, quam Deus

36.
Gregor.
Prosper.
Alexand.
S. Thom.

August.
Magist.

31.

Durand.
Aristod.

certissime conferet: si contritio illa crescat usque ad certum gradum intensiōis.

^{2.} *Quomodo explicet sua sententiam.*
Iuxta hanc igitur doctrinam explicat Scotus, quomodo Angelo post lapsum, Deus denegat gratiam suam, ne iustificari & emendari à peccato possit. Inquit autem, vno ex duobus modis hec intelligi: vno quidem modo, quia Angelus non posset elicere actum illum attritionis, quem dixit Scotus esse dispositionem ad gratiam habitua-lem: eo quod Deus denegaret illi naturalem & generalem concursum debitum: & ideo Angelo denegaret Deus gratiam habitua-lem, quia Angelus non esset debite dispositus. Verum hic modus non placet Scoto: quia hoc esset perpetuum quoddam miraculum, & perpetua quædam vis illata ipsi Angelo; sicut etiam fieret lapidi existenti extra centrum, si ei concursus debitus, quo moueri deberet deorsum, denegaretur. Altero modo intelligi posset, Deum denegare Angelo suam gratiam habitua-lem: quia licet demon ex proprijs viribus doleret de peccatis commissis, Deus non acceptaret hanc attritionem tanquam dispositio-nem ad gratiam habitua-lem: & ita etiam demoni ex proprijs viribus attrito Deus suam gratiam perpetuo negaret, cumque Deus demonum attritionem non acceptaret: ipsi non dicerentur per eam ad gratiam habitua-lem dispositi. Vtrum autem ex sententia Scoti demones nunc habeant, vel vquam habuerint hunc dolorem de peccatis an non, seq. disp. videbimus. Et hoc posteriori modo existimat Scotus, facilius intelligi quo pacto Deus perpetuo denegare possit demonibus gratiam suam absque vlla vi, & miraculo.

^{3.} *Sententia præcedens.*
Hæc sententia Scoti multis mihi non probatur. Et primum quidem iam satis superque impugnata à nobis est disputatione 91. capite 10. & 11. quatenus asserit, ex nobis esse posse dispositio-nem aliquam; etiam de congruo ad gratiam habitua-lem: idemque iudicium debere esse de Angelis, colligitur ex rationibus à nobis allatis in ea disputat. capit. 14. & 15. Deinde in eo quod asserit, non posse Deum impedire actum contritionis in demonibus, sine aliqua vi, & miraculo, aperte falsum est: nam licet diceremus, ad huiusmodi attritionem non esse necessarium auxilium Dei supernaturale secundum substantiam: at negare certe non possemus, necessarium esse præuiam cogitationem, eamque posse talem esse, vt ea non moueretur voluntas ad consensum, & talem etiam, vt ea moueretur. Præterea fateri necesse est, in manu Dei esse, immittere varias cogitationes, quibus ita illa cogitatio mouens ad attritionem retardetur vt voluntas non consentiat, etiam si possit, vt ex disp. 65. c. 10. disp. 98. c. 6. colligitur: & hoc citra omnem violentiam, & miraculum: nam quamuis violentum sit, & contra impetum voluntatis, denegare ei concursum ad consensum, quoties est ita cogitatione congrua præparata, vt ex se statim consentiret: tamen denegare ei talem cogitationem, qua de facto moueretur voluntas, ordinando ita res omnes, & varias cogitationes immittendo, non est violentum voluntati: nam cum ad primam de aliquare cogitationem determinetur intellectus tam humanus, quam Angelicus à Deo, vt supra disputatione 235. capite 3. ostensum est: posset Deus varias de alijs rebus immittere cogitationes, cum Angelus de peccatorum dolore cogitaret. Adde etiam quod

cum ad primam cogitationem, de aliquare debeat angelus à Deo determinari: posset Deus taliter intellectum angeli absque vlla violentia dis-ponere, vt ei nunquam in mentem veniret, bonum esse, dolere de peccatis.

Postremo, cum prædicta doctrina Scoti applicata ad Angelos fundamentum ex parte habeat in eo, quod Angelus aliquando operetur opus morale bonum ex omni circumstantia, quod sequi disput. impugnandum est, ideo hæc sententia Scoti nullo modo nobis probatur.

CAPVT II.

Dua alia Scholasticorum sententia.

^{4.} ^{5.}
Alij vero existimant, impotentiam demonum, vt doleant de peccatis, & ab eis iustificentur, & emendentur, provenire ex aliquare in ipsis à Deo producta, ratione cuius impotentes omnino affecti sunt, vt doleant de peccatis. In assignanda tamen ratione, ex qua hæc oriatur impotentia, variant inter se. *Marfilus in secundum quaestione 5. artic. 3. refert sententiam Aureoli, qui dicebat, ideo demonem post peccatum non posse ad Deum conuerti per poenitentiam, quia Deus infudit voluntati eius vehementem quendam habitum malitiae in liuantem necessario voluntatem ad malum, & odium Dei, ratione cuius non finitur priorem voluntatem per poenitentiam retractare, & ad Deum conuerti. Quam sententiam probabiliter existimat *Major*, in distinct. 7. quaest. 1. qui etiam eandem sententiam ex Aureoli refert. Putat enim, posse Deum producere habitum aliquem, quo voluntas alioqui libera necessario determinetur ad vnā partem.*

^{6.}
Verum hæc opinio Aureoli non probatur *Aureoli refutatur.* Marfilio: quia ex ea sequeretur, Deum esse authorem peccati: siquidem ipse solus infunderet voluntati habitum, qui necessario ad peccatum moueret. Hæc tamen ratio Marfilij parui momenti est. Nam si talis esset habitus, qui posset voluntatem necessario mouere ad odium Dei, iam eliceretur, vt odium Dei in demonibus peccatum non esset: ratio enim peccati sine voluntario libero excogitari nullo modo potest: tunc autem odium Dei non aliter esset in demonibus sine libertate, quam in amentibus: ergo quamuis Deus esset author talis odij, tamen non esset author peccati.

^{7.}
Nihilominus prædicta Aureoli sententia mihi non probatur: nam præterquam quod talis habitus absque vilo omnino fundamento videtur excogitatus, cum alia faciliori via hæc demonis impotentiam explicare possimus, nullus habitus esse potest qui necessario moueat voluntatem ad malum, aut eius libertatem impediatur. Ostendimus enim *disput. 90. c. 2. & disput. 99. c. 8.* non posse voluntatem creaturæ rationalis necessitatem aliquam pati, quæ suam impediatur libertatem: nisi per claram visionem, ad diligendum Deum: & ad non peccandum, per vnionem hypostaticam etiam ad non peccandum: & in hominibus perturbatis sensibus & impedito usu rationis.

Huius vero doctrinæ fundamentum est, quia infuso quocumque habitu in voluntate, manet intellectus indifferens, vt varia obiecta proponat, & nullum sub omni ratione boni, nisi Deum clara visione: obiectum autem, quod non proponitur sub omni ratione boni ex parte sui, & ex par-